UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Epistola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

Epiſtola.

CUm in libris etiam a peritiſſimis actorib' edi
tis per multiplicem cōicationem defectus va-
rij frequenter appareant. quandoq̧ quidem ex
vicio exemplarium corruptoꝝ. qñq̧ vo et impe
ricia ſcriptorum vel impreſſorum non ſatis cir
cūſpectorum. hac vtiq̧ labe nō caruit hoc egre
gium opus queſtionū ſpiritua‸lis conuiuij colle
ctarum. ſuper euangelijs tam dñicalibus q̄ de ſanctis per reue-
rendiſſimū dominū cardinalem iohannem de turre cremata ordi
nis predicatorum. virum profecto in omni ſcibili doctiſſimum.
Cuius rei gratia ego frater guillermus totani conuentus lugdu-
nenſis prenominati ordinis theologoꝝ minimus a nōnullis ro-
gatus nō vtiq̧ vt de ingenioli mei exiguitate quidq̄ adijcere pre
ſumerem. quoniā poſt tante litterature virum tantiq̧ laboris hoc
abſurde temeritatis videretur. ſed vt iuxta hieronymū in prologo
ſuper Job mihi meiſq̧ detur non tam pulcros codices habere q̄
emendatos. opus ipſum dudum multipliciter viciatum. ad veri-
tatem reduxi. ſuperinducens dūtaxat quotationes ſeu allegatio-
nes diuerſorum paſſuuz abyſſalis doctrine diui thome acquinen
ſis. a qua teſte ipſo actor‸ operis huius fere in omnibus ſunt ex-
cerpta. Si ergo deinceps huiuſmodi vicia vel defectus inuenti
fuerint ilico ad originale habeatur recurſus. ⁊ ſi cuiq̄ gratū fue-
rit predicando talibus allegationibus vti. id facere nō formidet
ad gloriam dei. Apud quem precibus legentium cōmendari ſup
pliciter exoro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN